Jacobus <de Voragine>: [Legenda aurea ] Legenda sanctorum seu Historia longobardica

[Köln: Ludwig von Renchen], [ca. 1486] Seite 237



## De septem fratribus

Septem fratres
fuerunt filij beate Felicitatis quo
rum nomina sunt. Januarius. Felix. Phi
lippus. Siluanus. Alexander. Vitalis et
Marcialis. Hos omnes cum matre iussu
imperatoris Anthonij publius prefectus
ad se vocari fecit. Suasitque matri vt sui et
filiorum suorum misereri deberet. Que ait
Neque blandicijs tuis potero allici nec ter
roribus frangi. Secura enim sum de spiri
tu sancto quem habeo quod te superabo viua.
et melius vincam ociosa. Et conuersa ad fili
os ait. Videte filij mei celum et sursum as
picite carissimi: quia idem vos christus ex
pectat. Fortiter pro christo pugnate. et fi
deles vos in christi amore exhibete Quod
prefectus audiens eam alapis cedi iussit.
Cum ergo mater et filij constantissimi in fi
de permanerent: omnes matre vidente et
confortante diuersis sunt supplicijs inter
empti. Hanc beatam Felicitatem vocat be
atus Gregorius plus quam martirem. quia
septies passa est in septem filijs. et octauo
in corpore proprio. Gregorius in omelia
Beata Felicitas que credendo extitit an
cilla christi predicando etiam facta est ma
ter christi. Septem quippe filios sic post
se viuos timuit relinquere: sicut carnales
parentes solent metuere ne mortuos pre
mittant. Parturiuit spiritu quos carne pe
pererat: vt predicando pareret deo quos
carne pepererat mundo. filios suos quos
carnem suam esse nouerat: sine dolore non
poterat morientes videre. Sed erat vis a
moris interior que dolorem vinceret car
nis. Recte ergo hanc feminam vltra mar
tirem dixerim: que totiens est in filijs et tam
desideranter extincta. Dum enim multi
plex martirium timuit. ipsa quoque marti
rij palmam vicit. quia et amore christi sola
sua mors ei minime suffecit. Passi sunt au
tem circa annos domini. cx. sub Decio im
peratore.

De sancta Theodora quere in tabula.

De sanctis Felice et Naboře martiribus
hystoriam quere per tabulam

### De interpretatione nominis Marga rete virginis.

Margareta dicitur a quadam precio
sa gemma que margarita vocatur. que
gemma est candida parua et virtuosa: sic
beata margareta fuit candida per virgini
tatem. parua per humilitatem. virtuosa per
miraculorum operationem Virtus autem
huius lapidis dicitur esse contra sanguinis
effusionem. contra cordis passionem et ad
spiritus confortationem. Sic beata Mar
garata habuit virtutem contra effusionem
sanguinis sui per constantiam. quia in suo
martirio constantissima extitit. Contra cor
dis passionem. id est demonis temptatio
nem per victoriam. quia ipsum dyabolum
superauit. Ad spiritus confortationem per
doctrinam. quia per sui doctrinam multorum
animos confortauit et ad fidem christi con
uertit. Eius legendam Theothinus vir
eruditus scripsit.

## De sancta Margareta.

Margareta de ci
uitate Antiochie fuit filia Theo
dosij gentilium patriarche. nutrici hec tra
ditur. et ad adultam etatem veniens bapti
zatur. et propter hoc exosa a patri suo plu
rimum habebatur. Quadam igitur die
dum iam sancta Margareta virgo purissi
ma decimumquintum etatis sue annum at
tigisset. et cum alijs virginibus oues nu
tricis sue custodiret. Prefectus Olibri
us inde transitum faciens et puellam mar
garetam tam formosam considerans. mox
in eius amorem exarsit et pueros ad ipsam
concitus misit dicens. ite et eam comprehen
dite vt si libera est eam mihi in vxorem accipiam

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-146/0236
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG